



**I**ustus in Hafsia natus & educatus est. Is cū præ-  
 clara indole esset insignis, à teneris annis operā  
 literis dedit, & primis rudimētis perceptis, sese ad  
 varias Germaniæ academias contulit. In ijs Græcæ  
 & Latinæ linguæ magna assiduitate incubuit, &  
 earum magnam sibi notitiam comparauit, ut etiā  
 uiris doctissimis annumerari posset. Nam ex Græ-  
 co Aelianum de uaria Historia, & rerum publica-  
 rum descriptiones ex Heraclide in Latinū sermo-  
 nē transtulit, & 1548 Basileæ edidit. Poliani quoq;  
 Stratagematum ad D. D. Antonium et Verum Im-  
 peratores libros octo, quibus amplissima foecun-  
 dissimacq; rei militaris doctrina continetur, latini-  
 tate donauit.

Conuertit præterea epistolas Græcas ab Aldo quondam Vene-  
 tijs excusas, & in Dione libros aliquot, cum alijs huiusmodi. Hinc factum ut  
 Iustus ob uarias lucubrationes editas cunctis innotuerit, & suam indu-  
 striam omnibus approbarit. Con. Lycost.